



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

18. An Hæreticus occultus possit absolvi in absentia ab Episcopo, si ipsum
adire non possit? Ex p. 5. tract. 13. & Misc. 1. res. 43.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Atque de Absolut.ab hæret.&c.Ref.XVIII.&c. 361

adire,vel litteras mittere ad Summos Pœnitentiarios, si est contritus, potest sumere Eucharistiam, vel celebrare, si sit Sacerdos, etiam si non adsit periculum infamiae, vel scandali: nam iste apud Deum excusatur; quia fecit, quantum potuit. Et ita me citato docet Marchinus de Sacram. Ordinis tract.1. part.9. capite 1. diffi.10. num.6. & etiam me citato Trolench.in Decalogum tom.1.lib.1.cap.3. dub.4.n.13. Sed recognosce me ipsum in par.1. tract.5. resol.4. & in par.4. tract.4. resol.242.

RESOL. XVIII.

An Hæreticus occultus possit absolvi in absentia ab Episcopo, si ipsum adire non possit? Ex p.5. tit.13. & Misc. 1. Ref.43.

§.1. Causa est practica, & ad illum affirmativè respondet Ioan. Hentiq. in comp. cas. mor. c.20. num.64. ubi sic ait: [De aq. nace una dudu, y es, si un hombre impossibilitado de poder yr al Obispo, incurriesse en el crimen de la heregia oculta, para lo qual no puede el Obispo dar sus vezes a otra persona, como está declarado en el mismo Concilio, en el cap.6. alegado, que es lo que se deve hazer en este caso? A lo qual respondo, que el Obispo puede absolverlo de la descomunion en ausencia, y quitada la descomunion, queda el pecado sin reservacion alguna, y qualquier Confessor lo puede absolver del pecado. Porque es cosa muy cierta, que todos los descomulgados pueden ser absueltos de la descomunion en ausencia, y contra su voluntad, pues la absolucion de la descomunion no es sacramental.] Sic ille. Sed hæc sententia procedit in opinione illorum asserentium facultatem Episcopis concessam in Concil. Trident. absolventi hæreticos occultos non esse sublatam; quod novissimè docet Hurtad. de Mendoza volum.1. in 2.2. disputat.84. sect.2. & Lopez de Texeda in controvers. Theolog. moral. lib.2. tract.1. controv.18. num.14. Du Vallius in 22. D. Thom. tract. de fide, q.7. art. ultim. conclus.1. & alij, quos ego ipse citavi in 4. part. tract.4. res.239. Verum ego ibi, & merito, contrariam sententiam docui.

RESOL. XIX.

An Inquisitores habeant facultatem absolventi ab hæresi, non solum in foro externo, sed in foro conscientie?

Et an hæc facultas absolventi ab hæresi competat cuilibet Inquisitori, & non toti confessorio?

Et an quilibet Inquisitor possit eandem facultatem cuilibet Confessorio delegare?

Et an in Inquisitore ad hanc in foro conscientie absolutionem, & delegationem impertiendam non requiratur Ordo Sacerdotalis?

Et quid est faciendum, si Inquisitores in casu facultatem, ut ab ipso Confessorio quis absolvarur, nolent impertiri, neque Episcopus? Ex part.1. tract.5. Resol.3.

§.1. Respondeo, Dominos Inquisitores habere facultatem absolventi ab hæresi, non solum in foro externo: sed in foro conscientie; & præcipuè Inquisitores Hispaniæ. Ita docent Campegius, Rodriguez, Toletus, Gutierrez, Paramus, Bañez, Henriquez, & Grassius apud Riccium, & Sanchez, ubi infra, quibus ego addo Homobonum de exam. Eccles. part.2. tract.11. cap.6. quæst.11. Putcanum 2.2. D. Thom. V.

ma, q.11. art.4. dub.2. Lotichium in thes. verb. Hæreticus, §.12. Villalobos in summa, tom.2. tract.1. diffi.12. num.6. Freitam in additione ad tract. Confess. sollicit. Episcopi Roderici Acugna, quæst.1. num.18. & Grassiam de benef. tom.2. part.11. cap.10. num.122. qui tres ultimi loquuntur de Inquisitoribus Hispaniæ, & per consequens nostræ Siciliæ, quidquid in contrarium sentiat Sanctarellus tract. de hæresi, cap.5. dub.7. n.31. Farinacius de hæresi, quæst.192. n.52. & 54. Zecchius in summa, part.1. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.11. n.18. Novarius in singul. concl.4. n.2. Ricciullus tract. de iure person. lib.5. cap.15. num.3. Ioan. Valerius in differ. urinsque fori, verb. Hæresis, different.3. num.3. Riccius part.2. decis.79. n.5. Sanchez in summa, tom.1. libro 2. cap.12. n.3. & seg. & Suarez tract. de fide, disp.21. sect.4. n.15. & inclinatur Barbosa de potestate Episcoporum, part.2. alleg.40. n.28. in fin.

2. Notandum est verò, quodd, stando in nostra opinione, hæc facultas absolventi ab hæresi competit cuilibet Inquisitori, & non toti Confessorio, ut adversus Henriquez, & alios notant, Villalobos in summa, tom.2. tract.1. diffi.12. num.7. Freitas, ubi supra, num.15. & alij: & idè quilibet Inquisitor potest eandem facultatem cuilibet Confessorio delegare, ut adversus Campegium in addit. ad Zanchin. cap.34. & alios, rectè notavit Sanchez ubi sup. n.5. & Freitas num.16. & Villalobos, & Homobonus, ubi supra, tractat.12. cap.2. §.4. qui etiam docuit, in Inquisitore, ad hanc in foro conscientie absolutionem, & delegationem impertiendam, non requiri ordinem sacerdotalem: quia talis facultas non conceditur Inquisitori, in ordine ad Confessionem sacramentalem, nec tanquam quid annexum Ordinis; sed officio, ut supra diximus de Episcopo. Sed cum Confessarius non possit cogere, ut hæreticus occultus prodar se Inquisitoribus, ut alibi fusè probatur, si Inquisitores in tali casu facultatem, ut ab ipso Confessorio absolvatur, nolent impertiri, neque Episcopus, putantes se non habere talem facultatem, vel propter aliam rationem, quaeritur, quid faciendum? Hanc quaestionem nemò tractat nisi Freitas, in addit. ad tract. de Confess. sollicit. Episcopi Acugna.

Supr. in Ref. 15. signatex in §. pen.

Sup. hoc igi. in ref. 21. & melius in alijs ejus not.

RESOL. XX.

An Inquisitores possint absolvere Hæreticum occultum in foro conscientie? Ex p.4. tit.8. Ref.35.

§.1. Novissimè Ferdinandus de Castro in op. mor. tom.1. tract.4. diffi.4. punct.3. §.3. n.3. & Alphonsus de Leone de offic. & potest. Confess. tom.2. recollect.6. num.127. docent, nulli Inquisitori neque Tribunali, datam esse facultatem absolventi ab hæresi, & excommunicationibus reservatis in foro conscientie, quam sententiam tuerentur etiam DD. quos ego ipse citavi in 1. p. tract. de absol. ab hæresi, * res.3.

2. Sed ego ibi contrarium docui, & nunc iterum doceo cum DD. quos ibi adduxi, quibus nunc addo Philippum de la Cruz in Thesaur. Eccles. tract.1. §.6. n.1. in fine, & Martinum Bonacinam in Bull. Cenar. tom.3. disp.1. q.22. punct.2. n.5. Dico igitur Inquisitores Hispanos potestatem habere etiam in foro conscientie ad absolvendum hæreticum occultum, & hanc sententiam in Hispania esse usu receptam, testatur ex Rodriguez dictus Bonacina, & ipsemet Castus, & Doctores contrarij fateantur hanc sententiam esse probabilem, unde illam, ut mihi constar, in praxi deducere non dubitant Illustrissimi Inquisitores. Vide novissimè Farinacium in addit. ad ejus opera post lib.3. consil. q.4. n.5. fol. mihi 4. col.1.

*Que hic est ref. antec. dens, & inf. in ref. 37. §. ult.

H h RESO